



V Viguleus ex illustri familia natus, & in omni genere literarū educatus fuit. in ijs adeo profecit, ut doctissimis uiris annumerari potuerit. Erāt etiam aliæ uirtutes, & in primis pietas, & in rebus agendis dexteritas, quæ hunc uirum mirum in modum decorabant. Id cum Maximilianus Cæsar intellexisset, eum Imperialis Camerae suo loco Iudicē constituit, atq; summa æquitate iustitiam exercere iussit, anno 1504. In eo loco cum aliquandiu magna gloria præfuisset, atq; interea Batauiensis præsul obijisset, ipse omniū consensu in demortui locum substituit. Itaq; ipse eam uocationē suscipiēs, omnia in Ecclesia magna animi trāquillitate disposuit, & sua

uita alijs exemplo fuit. hinc factum ut Vuiguleus ciuili & Ecclesiastica administratione optimē functus, præclarum apud posteros sibi nomen compararit, & huic catalogo de uiris illustribus merito insertus fuerit. Is tandem ueneranda canitie conspicuus obiit, & in sua Ecclesia sepultus quiescit. Anon.